



TRACTATUS DE PECCATIS. (I)

CAPUT PRIMUM.

De Peccati natura, divitione, distinctione, & gravitate.



Uers. I. Quid est peccatum proprie dictum?

Resp. Est Legis divinae violatio libera, sive actus libere factus vel omisus contra Legem Dei. Nam s. est Legis divinae violatio, ex S. Ambrosii lib. de Paradiso c. 8.

Quid est peccatum, nisi peccatio Legi divinae, & celestium inobedientia praeceptorum? Et ex Aug. l. 12. contra Faustum c. 27. Peccatum est factum, vel dictum, vel concupitum aliquid con-

tra Legem Dei aeternam. Ubi sub falso, disCo, concupito, comprehenditur omisso: nam nomine actus in moralibus intelligitur etiam omisso, quia haec habetur ut actio in ordine ad mores & culpam: & omittens id quod facere teneatur, censetur moraliter facere contra id quod teneatur facere. Immo omisso pura libera, si detur, est moraliter & interpretative operatio, quatenus est virtuale & interpretativum libertatis exercitium. Nam si positus omnibus ad volendum & agendum praerequisitis, voluntas ab omni actu, tunc libere non vult, libere non agit; & perinde se habet in simulationis prudenti, atque in ordine ad imputabilitatem, ac si positive nollit, positive vellet non agere: proindeque tunc virtualiter & interpretative exercet libertatem suam, virtualiter & interpretative volendo non agere.

(1) Superius a nobis monstratum inter principia varia humanorum actuum quaedam existere, quae allicientiam nuncupantur, cuiusmodi sunt habitus omnes, seu boni seu mali, quorum propria indoles est, iudicio Philosophorum, inclinare alicuius potentias ad producendas operationes sibi conformes, uti experientia ipsa cuilibet facti competent. Quandoquidem vero praesentis Tractatus alicuiusmodi aequae, ac habitualium peccatorum notitiam generalem suppeditat: palam est hic iam incipere tractationem de eiusmodi principii allicientibus: quae quidem latissime praeceduntur, cum sensus concipitur singulari consequentes Tractatus, qui de virtuti, & virtuti-

bus sunt, qua universim, qua spectatim consideratis. Porro praesentis tractatus loco admonuimus, in Legum materia ad solidam perfectamque cognitionem comparandum oportere tutum sanari a Canonistis: ita in hac alia de peccatis accendenda subsidia, saltem quoad generaliora capitula, a Theologiae Scholasticae seu Speculationis Praefationibus. Nam qui tandem informatum non est, haud sciet per habitum acquiritum discernere inter perplexitates peccatorum, ut D. Bonaventurae (in 4. sent. dist. 17. p. 2. dub. 3.) loquitur. Praeterea, quae iuxta Moralium Scripturam institutum, & praesentem in Tracta de Actibus Humanis accurate iam tradita sunt, hic maxime pra-

re. Ratio est, quia omnis & sola violatio Legis divinae est offensa Dei, ideoque peccatum. Porro cum Lex divina naturalis & positiva praecipiat observationem omni praeccepti humani legitimi, & omnis potestas sit a Deo: qui illud non servat, violat Legem divinam, & sic peccat.

2. Est violatio libera (1) vel in se, vel factum in causa, aut periculo, ita ut non sit ex ulla necessitate intrinseca ac antecedente, (vid. N. 156.) & vere potuit (2) vitari. Nam Ecclesia damnavit ut hereticam haec Iansenii propositionem: *Ad mendandum in statu naturae lapsae, non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.* Ratio est, quia nemo potest esse dignus vituperio & poena propter actionem vel omissionem ei non liberam, sed plane necessariam, ut docet S. Aug. l. de duobus animabus, c. 11. & per se patet. Praeterea teneatur ad vitandum peccatum: at nemo potest ad impossibile obligari, reg. 6. iur. in 6. Hinc illud S. Aug. loc. cit. cap. 12. *Peccati ream tenere quampotest, quia non fecit quod facere non potuit, sive non voluit, est & infans.*

Dicti. Potest dari peccatum mere philosophicum: quod scilicet ratio rationi, non Legi divinae adverteatur, nec sit offensa Dei.

Resp. Hoc repugnat. Quia qui peccat contra rectam rationem, simul & indivisibiliter peccat contra Legem Dei; & sic Deum offendit: nam dignamen rectae rationis est intimatio Legis divinae aeternae, necessario prohibentis quicquid dedecet naturam rationalem, & praecipiens quicquid est necessarium ad vivendum conformiter ac decenter naturae rationali; & aliunde nemo potest ignorare, saltem invincibiliter, quicquid disconvenit naturae rationali, ut rationali, esse prohibendum a Deo supremo auctore ac rectore naturae rationalis. Quoties enim recta ratio dicitur, aliquid disconvenire naturae rationali, simul saltem consue dicitur illud idem displicere supremo enti, naturae rationalis auctori & rectori, cuius est eam convenienter sapientiae assensitatis suae regere. Hinc Alexander VII. ut errorem damnavit haec propositionem: *Peccatum philosophicum seu morale, est actus humani disconveniens naturae rationali, & rectae rationi, theologicum vero & morale est transgressio libera Legis divinae.* Philosophicum, quantumvis grave in se, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum morale diffiniendum auctoriis Dei, neque aeterna poena dignum.

Quest. II. Quomodo excusantur a peccato? Resp. Cum peccatum sit essentialiter liberum & voluntarium vel in se vel in alio, excusatur genera-

tim ab eo, quicquid tollit voluntarium & liberum; ut ignorantia invincibilis, quia tollit voluntarium; vel impotentia physica, quia tollit liberum; aut metus vel passio antecedens tollens usum rationis, quia utrumque tollit. Quod autem augmet, vel minuit liberum, aut voluntarium, ceteris paribus augmet, vel minuit peccatum (3).

Quest. III. An metus excusat a peccato? Resp. 1. Metus levis nunquam excusat a peccato: Quia non tollit voluntarium, nec liberum, nec excusatur ab observatione ullius Legis, cum sit vanus, & Lex qualibet obliget saltem cum aliquo incommodo. Hinc reg. 154. l. de reg. iuris: *Vani timoris iusta excusatio non est.*

Resp. 2. Metus gravis nunquam excusatur hominem sui competentem in iis, quae sunt intrinsece mala, seu prohibita Lege naturali. Inter omnes constat, quia ea non desunt esse mala in quovis periculo, ac vitata; & aliunde metus ille non impedit voluntarium simpliciter, ac liberum. Nullum autem peccatum est veniale facere licet ad vitandum quodvis aliud malum; nam quodvis peccatum, est veniale, utpote offensa Dei, cuius summi & in omni perfectione imitari, est malum gravius quovis alio, quod non est peccatum. Deinde omne peccatum ut peccatum, est intrinsece & essentialiter illicitum: Ergo nunquam ab ulla boni aut mali, peccatum potest esse licitum: nam natura & essentia rerum mirari negat. Unde ad vitandum vitam propriam non licet mentiri.

Metus tamen gravis minuit culpam, ex c. Sacerdoti, de iis que vi & c. ibi: *Licet metus atteratur culpam, tamen non eam profus excludit*; quia minuit, sed non tollit voluntarium. Nunquam tamen est culpam attenuat, ut eam de mortali faciat venialem in materia gravi, ut patet in iis, qui metu dicit mortis idolis sacrificaverunt; quia nempe relinquere conscientiam sufficienter liberum: nam eo non obstante actus procedit a voluntate cum cognitione etiam perfecta, & sit ex electione & alique necessitate physica, ita ut possit non fieri.

Resp. 3. Metus prudens damni gravis excusatur a peccato in iis, quae sunt contra Legem non obligantem cum gravi damno: nam excusatur ab observatione talis Legis. Lex autem humana ordinari non obligat cum gravi detrimento, nisi caritas, vel hominum commune, vel vitatio scandalis, aut contemptus religionis, potestative legitime id exigat.

Quest. IV. Quomodo dividitur peccatum? Resp. Dividitur punctibus, 1. in originale, quod in ipsa origine ab Adamo contrahimus; & praesentiale, quod peccatis voluntate physice propria committitur. 2. In mortale, & veniale. 3. In peccatum com-

pre oculis constantem habendam, ob arctam utriusque materiae necessitudinem: Nam vero animus noster ferret, struam habitum in superioribus Tractatibus methodum deinceps quoque tenere, spectata gravitate rerum: quae serie continua ad finem usque Operis sese offerunt. Verum, quo minus ita fiat, obstant pecuniariae rationes iam indicatae in generali nostra Praefatione. Quocirca prudens Lector haud mirabitur, si in posterum animadvertet non longe parviores, brevioresque in Notis apponendis

(1) De libertate profus necessaria ad moralitatem Antoin. T. B. Moral. T. I. P. II.

quamlibet humanorum actuum, habes integram c. 12. Auctori in Tracta de Act. Hum. necnon integram Secti. notam de Libero (n. 147. usq. ad 177.) iternaque aliam (N. 190. usq. ad 194.) quae de est. Libus moralitatis est, videlicet de imputabilitate actuum.

(2) Quomodo intelligere oporteat hanc potentiam vitandi peccati, iam explicatum (N. 151.) dicit S. Bonaventura.

(3) De impedimenti voluntarii obiter hic ab Auctore indicatis, Vid. Tr. De Act. Hum. c. 1. Art. 2. & 4. & Notae ad utrumque illius Articulum.

omissionis & omissionis. 4. In actu & habitate. 5. In peccata contra Deum, contra proximum, & contra ipsum peccantem, ratione scilicet virtutum, contra quas peccatur: sunt enim quedam virtutes, quae habent Deum pro objecto immediato, ut fides, spes, caritas: unde peccata quae illis adversantur, sunt specialiter modo contra Deum. Alia habent pro objecto proximum, ut iustitia, misericordia, dilectio proximi: unde peccata quae illis opponuntur, sunt contra proximum. Alia denique recte disponunt hominem erga seipsum, ut fortitudo, temperantia &c. Unde peccata ista opposita sunt specialiter modo contra ipsum peccantem: quamvis omnia peccata generali quadam ratione sint contra Deum, qui illis omnibus offenditur, & contra ipsum peccantem, cui omnia nocent. 6. In peccata ignorantiae, infirmitatis, & malitiae. 7. In septem capitalia.

Quaest. V. Unde petitur specifica peccatorum distinctio? Nota 1. Specie moralis (Vid. N. 248. & 266.) peccati est specialis malitia, per quam unum peccatum essentialiter differt ab alio. Malitia autem alia est usque difformitas ac oppositio cum natura rationali, & Lege divina. Unde illa peccata differunt specie, quae habent difformitatem & oppositionem cum natura rationali & Lege divina notabiliter inter se diversa.

Nota 2. Voce objecti hic intelligitur id totum, in quo voluntas tendit per actum malum; ex hoc enim omni refertur potest malitia in actum ipsum. Unde objectum voluntatis complectitur objectum materiale, seu id quod vult; objectum formale, seu id propter quod vult; & circumstantias in quibus vult, & fit actus. Ex his autem omnibus & singulis aliqua notabilis diversitas malitiae potest actu accedere.

Resp. 1. A peccata specie differunt, per quae violantur praecipua specie moraliter diversa. Quia cum peccatum fit transgressio Legis seu praeccepti, transgressiones praecceptorum specie diversorum, quae sunt transgressiones specie & notabiliter diversae, sunt peccata specie diversa. Praeccepta autem specie diversa sunt ea, quae praecipunt aut prohibent aliquid diverse specie moralis, vel ad actum eiusdem speciei, sed ex diverso motivo proximo. Actus vero diversi specie moralis sunt illi, qui habent convenientiam vel difformitatem notabiliter diversam cum natura rationali & Lege divina.

Hinc fit per unam eandemque actionem vel omissionem violari multiplex praecceptum specie moraliter diversum, tunc committitur multiplex specie peccatum. Sic 2. eadem permissio clerici est duplex specie peccatum, unum iniustitia, & alterum sacrilegium. 2. Beneficiatus sacro ordine initiatus, una omissione Horarum duo specie peccata committit, quia violat simul duas virtutes specie diversas, nempe

(1) Ex serie eorum, quae Auctor docuit in hac 9. percipitur, Lectorem, duplicem diversam modum explicandi moralem distinctionem specificam peccatorum, quae commisionis dicuntur. Nam, quoad peccata omissionis omnes unanimiter fatentur, eandem speciem, adeoque distinctionem sumere ab actibus, quorum sunt omissiones, ex. ca. omissionem officii, & omissionem elemosinae, morali specie inter se differre, quoniam vocatio officii, & erogatio elemosinae, tum physice, tum moraliter inter se di-

gnationem, & iustitiam, ex quarum praeccepto obligatur ad horas. 3. Qui ex voto, & praeccepto Confessarii tenetur jejunare feria sexta, & non jejunans, occurrente vigilia, v. gr. S. Matthiae, tria specie peccata committit, unum imtemperantiae, secundum contra praecceptum Confessarii ex motivo penitentiae, tertium contra religionem propter votum. Immo peccata, quae eidem virtuti, sed modo notabiliter diverso opponuntur, sunt specie diversa; Nam habent difformitatem notabiliter diversam; sic avaritia & prodigalitas, quae liberalitati opponitur sunt vitia specie diversa, quia eis opponuntur modo notabiliter diverso, nempe per defectum & per excessum.

Resp. 2. Distinctio specificam peccatorum recte actum petitur ab objecto, fine, & circumstantiis, quae specialem habent difformitatem cum natura rationali & Lege divina. Quia actus voluntatis sumit malitiam moralem in aliqua specie ab objecto, fine, & circumstantiis moralibus; nam actus voluntatis fertur etiam interpretative in ista omnia; & malus est hoc ipso quod fertur etiam interpretative in aliquod malum, seu difformitatem recti rationi & Legi, cum hoc ipso difformitatem naturae rationali & Legi. Ergo si ista habeant specialem malitiam specie diversam, actus voluntatis habebunt quoque malitiam specie diversam, ideoque specie differentem actus voluntatis habent difformitatem cum natura rationali, & Lege divina, ideoque malitiam moralem, hoc ipso quod vult aliquod malum, vel vult aliquid etiam de se licitum, sed vel ob finem malum, vel in circumstantia mala seu difformitatem: nam talis volitio difformitatem naturae rationali, & prohibetur a Deo. Ergo habet specialem malitiam hoc ipso, quod vult objectum specialiter malum, vel aliquid ob finem specialiter malum, vel in circumstantia specialiter mala.

Id patet etiam inductione. Nam 1. actus, quo quis vult furari, sumit a furto malitiam in specie iniustitiae. 2. Actus, quo quis vult labore etiam licito lucrari ad se inebriandum, sumit malitiam imtemperantiae ab hoc fine. 3. Celebratio Missae in loco vitio suo indecenti, habet malitiam irreligionis ex circumstantia loci, propter quam ipsa dedecet & prohibetur. 4. Actus, quo quis vult objectum malum, ob finem malum, in circumstantia mala, sumit ab his tribus malitiam in triplici specie peccati, si haec sint diversa malitiae: quia tunc habet triplicem difformitatem & oppositionem cum natura rationali & Lege divina notabiliter inter se diversam: sic actus, quo quis vult furari in templo, ut fornicetur, habet triplicem malitiam specie diversam, scilicet iniustitiae, sacrilegii, & luxuriae. (1)

Quaest. VI. Unde petitur distinctio numerica peccatorum?

No.

Responsum. Verum praeter indicatas duas sententias, quarum altera ab objectis, altera a praecipuis diversis reperit specificam distinctionem peccatorum; iam a primo tempore in Scholis celeberrimi tertii opinio, contendens cum amissionem ianendam non ab aliquo positivo, sed potius a privativo; hoc est a privatione diversae rectitudinis, quae iuxta recte rationis regulam aliquid in se debet. Quam quidem opinionem, cum consensum S. Augustini doctrinae, strenue olim propugnavit eximius

Car.

Nota 1. Agitur hic de multiplicatione peccatorum non physica, sed morali & in ordine ad confessionem, seu ad ferendum salutare ac rectum iudicium de illis, & de statu peccatoris. 2. Unus & idem actus si plures malitias habuerit, est peccatum multiplex moraliter, & in ordine ad Confessionem, in quo actus consideratur non secundum entitatem physicam, sed secundum malitiam. 3. Actus internus voluntatis, & externus alterius potentiae, circa quem prior ille versatur, unum numero peccatum constituit, v. gr. volitio furandi, & ablatio rei alienae; quia actus internus & externus ab eo imperatus unum eundemque totalem actum moralem constituit. (Vid. 382. 383.)

Resp. Generatim peccata multiplicantur secundum

Carmelitarum Magister Joann. Baconus (in 2. sent. dist. 39. q. 1. art. 4.) & nunc praeter alios T. T. universa Franciscana Progenies amplectitur duce Subtili Praeceptorum, qui (in 2. sent. dist. 27. q. 1. 6. Ex hoc patet secundum) haec tradidit. Cum viginti rationes distinguantur specie ex distinctione habituum specificam, & numero ex distinctione numeralem, peccata, quae sunt privationes quarundam (Vid. N. 259. & duas seq.) scilicet rectitudinum, quae debent inesse actibus, distinguuntur formaliter ex distinctione talium rectitudinum: ut quando debent haberi diversae rectitudines specie sunt carentiae diversae specie &c. Quisquis hoc systema mente funditus assuevit, ac scilicet contra adversarios omnes tueri desiderat, poterit consulere P. Mafurium (in 2. sent. dist. 6. q. 2. art. 4. in Theol. Moral. disp. 15. q. 2. ar. 1.) qui sese, solideque declarat, illud non se accipiendum (quomodo nonnulli minus perspicere faciunt) quas peccata specie differant inter sese ob purum, praequam respectum ad virtutes diversas; cum exploratum sit, plura peccata morali specie diversa adversari posse uni eademque virtuti, cuiusmodi est liberalitas, religio, iustitia, & aliae omnes, quae dicuntur consistere in medio. Sive in certa quadam mediocritate; quae praeterea demonstrat specificam peccatorum distinctionem ex objectis non desumi nisi materialiter seu fundamentaliter, & ex praecipuis solum colligi a posteriore, seu ab extrinseco.

(2) Ut claritati idcirco consulatur, ac simul memoria iuceatur, places hic summam referre, atque in copia membra apto nexu colligata distribuere, quae in monumentis ista quaestione suscipi ab Auctore proponuntur. 1. Peccata intra eandem speciem multiplicantur secundum numerum moraliter, iuxta numerum objectorum totalium, & maliarum actionum invicem discretarum: ita quidem, ut exinde duplex generalis regula eliciatur. 2. prima regula: tot sunt numero distincta peccata, etiam in uno eodemque physico actu, quot sunt illius objecta totalia, numero distincta. Secunda: tria peccata multiplicantur numero, quoties prave voluntatis actus interruptuntur. 3. Priorem regulam Auctor tradit iuxta sententiam, quam paulo ante ipse suscepit ab illi T. T. qui ex oblatione diversitate specificam habuissent peccatorum distinctionem. Unde eadem regula non ita communi sensu admittitur, neque a tot Scripseribus assentata, sicuti alia posterior, quam nullus repudiare potest, cum

numerum intra eandem speciem, pro numero seu multitudine objectorum totalium, vel actionum ex se complectarum, aut quae interius vel exterius consummantur, vel quae inter se non uniantur: item per interruptionem moralem actuum. Nam tunc plures actus non censentur una moraliter actio, & habent plures numero malitias (2.) Sed haec speciatim explicanda sunt.

1. Inque peccata multiplicantur pro numero objectorum totalium, ita ut actus malus physice unus, versans circa plura objecta totalia, fit moraliter plura numero peccata. Ita communitur sententia. Quia tunc est multiplex & numero distincta moraliter malitia in eisdemque objectis: nam singula objecta habent suam malitiam numero distinctam a mal-

ex D. Augustino (N. 381.) sola voluntas fit, qua peccatur, & recte virtutis: adeoque iuxta multiplicationem actuum voluntatis, sive per se, sive per subiectas potentias agentis, necesse fit multiplicari peccata. 4. Objecta censentur totalia, quando inter se in seque differuntur adeo, ut unum non sit quomodo parti alterius, nisi sunt ex. ca. plures homines alicuius certus. Actus vero voluntatis iudicatur interrupti, si quae numero multiplicati quando nec formaliter, nec virtualiter unus in altero perseverat ita quidem, ut consequens nequeat dici effectus antecedentis. Et hoc dupli modo potest evenire: nempe per retractionem prioris actus, seu per contrariam voluntatem, & per cessationem ab actu priori. 5. Explicata via regulae, & quorundam alia ab Auctoribus professorum, subijci debent hae generaliter, ut rite intelligantur, & explicentur: in definienda numerica peccatorum distinctione potissime attendendum ad praedentem, & communem hominum existimationem. Ratio manifesta est; quia cum ingens sit ingeniorum varietas, quod uni videtur vel obiectum totale, vel actus voluntatis interruptus, longe secus apparet alteri. Ex quo sequitur, ut nullus sit futurus didiciorum finis, nisi utraque adversa litigantium pari sese accommodet communiori hominum. maxime peritorum probiorumque persuasione. 6. Tandem quod peccata ad exempla varia, quae Auctor in praesenti quaestione eisdem praesertim ad dilucidanda sua theorematia, etiam videtur quidem sanctoribus, & virtuosioribus morum doctissimis subijci, sed tamen apud DD. non sunt undequaque certae & exploratae, cum in multis dissentiant alii T. T. praesertim Probabilistae, ut cuius vulgares libros evolventi facile intusces. Ceterum Auctorem bane in rebus discrepantiam, moraliter loquendo, tanta non est, quanta apparet extrema specie. Nam ex. ca. est scholastico more disputando alii affirmant, alii negant, unicum committi peccatum, dum una physice actione sex homines offenduntur; nihilominus utriusque fere conveniunt in morali iudicio. Nam isti sex peccata numero distincta; illi unum peccatum, vel sex malitias numero distinctas, vel unica valde preponderante malitia, asserunt esseverant. Consimili ratione disputari solent de sacerdotibus, qui in statu laeialis peccati Eucharistiam consecrant, & sumit in Missa, eandem pluribus administrat, plurimum Sacramentalis Communionis excipit &c.

malitia eorum. Ergo est multiplex saltem æquivalenter, & distincta numero moraliter malitia in actu voluntatis physice uno, tendentis in illa objecta; nam tota malitia objecti & actus volenti communicatur actu voluntatis, cum sit volta saltem indirecte & interpretative. Præterea sicut unus actus est multiplex specie peccatum, dum habet multiplicem specie malitiam; ita est multiplex numero peccatum, cum habet multiplicem numero malitiam. Et quavis esset unum peccatum in rigore metaphysico, tamen plura moraliter in prudenti hominum estimatione. Ea autem peccata sunt plura numero in ordine ad confessionem, que humano modo, seu in prudentem estimationem, plura reputantur. Hinc qui unico actu vult sex homines occidere, vel scilicet unica tormenti bellici explosione occidit, sex moraliter peccata committit uno illo actu; & hic unus actus sex homicidii forisim paratis æquivalere, etiam in ordine ad obligationem consistit. Item qui uno actu tribus conviciatur, aut detrahit: triplicis peccati reus est: & hic actus iudicio prudentum, etiam in ratione numeri æquivalere tribus actibus, per que detraheretur singulis. In Confessione dicere debet: *Uno actu tribus detraxi* non autem *Ter detraxi*: aliqui significaverunt tres malitias per tres actus distinctos contraxisse, quod falsum est.

2. Peccata, que intus consumuntur, ut hæresis, odium, desiderium, delectatio morosa &c. multiplicentur per quamcumque cessationem, five voluntariam, five naturalem ex somno vel distractione animi ortam, & illorum repetitionem. Quia singuli actus repetiti, sunt per se peccata, & nil est, in quo uniantur & continentur ad constituendum unum peccatum. Nam non uniantur nec continentur in actu, objecto, vel affectu externo, ut supponitur; neque in actu interno, cum inter actus internos intercedat aliqua cessatio; unde ad singulos actus requiritur nova determinatio voluntatis. Ergo sunt plura reipsa peccata. Ergo ut plura consistenda sunt: nam multitudine numerica perinde ac specifica declaranda est.

Hinc qui actum odii in proximum elicit & post somnum, vel aliquam distractionem, eum renovat, duo peccata odii admittit. Quando autem horum peccatorum numerus initi nequit, tunc satis est in confessione moram temporis explicare, v. g. perseveravi per horam in delectatione venerea, per hebdomadam in odio &c. Et hos actus interea renovavi toties, vel sepe, vel raro; tunc enim declaratur numerus eo modo, quo moraliter fieri potest & per modum unius confusæ multitudinis in tali mora includit, que ex communi agendi modo a Confessario estimatur.

Item peccata, que consumuntur in actione externa, multiplicentur per cessationem totius actus tum interni, tum externi, & alterius similis repetitionem. Quia tunc nihil remanet in quo uniantur & continentur, & adest nova determinatio voluntatis ad singula peccata, ut dixi de mere interno, nec unum perseverat virtualiter in alio.

At non multiplicentur per cessationem & repetitionem propositi circa idem objectum, quamdiu effectus primi propositi in libero aliquo effectu vel opere externo perdurat. Quia tunc prior actus voluntatis in illo effectu vel opere virtualiter perseve-

rat, & sic semper virtualis voluntas continuatur & durat; unde unum moraliter peccatum ex illis omnibus actibus constituitur. Sic qui ex voluntate occidendi inimicum, mane surgit, gladio se accingit, prodegitur, querit illum, & post plures horas revertitur invadit, plures vulnerat, & tandem occidit; quamvis in itinere cogitet de aliis rebus, constabuletur, legat, sapiusque voluntatem occidendi renouet, committit unum moraliter peccatum, eo tamen gravius, quo plures renovavit voluntatem occidendi. Quia interne ille voluntas repetite censetur una moraliter continua actio humana; nam prior virtualiter in illa serie actuum exteriorum subordinatorum perseverat ac continuatur. Neque series illa censetur moraliter interrupta per colloquium, aut distractionem voluntariam ad alia, quia istæ actiones ordinariæ intermisceri solent seriei duraturæ actionum. Neque enim qualiter interruptio physica tollit unitatem moralem, ut patet in confessione, que expretur actus, licet interruptur per lesionem Epistolæ, colloquium &c.

Aliud est, si interruptio illius seriei esset extraordinaria: nam hæc tollit unitatem moralem actionis, licet prior voluntas non retractetur. Quod contingit cum ex alio fine interruptur aliquod opus moram & attentionem talem exigens, ut ad resumendam postea intermissam mediorem seriem necesse sit primam intentionem renovare, & requiratur nova deliberatio ac determinatio; ut si homicidium ille longius divertat a via, qua inimicum insequitur ad constituendum aliquod negotium superveniens, quo confecto ad priorem viam revertatur.

3. Si actus externi mali plures physice fiat in se completi, & de se non spectent ad consummationem unius peccati vel operis, sunt plura numero peccata, quamvis ad unum finem ab operante referantur: nam non coeunt una moraliter actio. Sic qui die Natali Christi tres leges continenter Missas, ter communicatur in peccato mortali, ter peccat, quamvis tres Missas ad unum finem ordinaret. Sic pollutio, quamvis fiat ex intentione copulæ, semper est peccatum ab ea distinctum: quia ex se non ordinatur ad copulam; imo est contra finem copulæ, nempe generationem: item copula pertrata cum eadem, & eadem hora, tria sunt peccata, quia una copula non facit unum moraliter actum cum alia, sed sunt singule actiones complete ac totales. Item Sacerdos plures Eucharistiam ministrans in sua peccati, plura perpetrat sacrilegia, quia quilibet communicatio est actio completa, nec ulla ad aliam ordinatur.

4. Actus externi physice plures ex se non completi, sed subordinati, si ad eundem actum principalem ordinentur tamquam illius dispositiones, media, inchoationes, sicutque cum ipso similis malitiae, ac circa idem objectum, constituunt unum moraliter peccatum cum ipso actu principali. Nam tunc ita uniantur, ut iudicio prudentum censentur una actio in genere moris, & in illis actibus censetur una deliberatio ac determinatio voluntatis virtualiter ac moraliter perseverans. Sic ictus & vulnera ordinata ad homicidium ejusdem consummandum, sunt unum totale peccatum cum homicidio. Item tactus, verba, & oscula impudica ordinata ad fornicationem subsequentem, faciunt cum ea unum peccatum moraliter & in ordine ad Confessionem. Un-

de

de non est necesse illorum numerum exprimitur nisi generatio, & eo quod multum aggravat peccatum, ut *quod tanto gravius est, quanto plura concurrunt*, ait S. Anton. art. 3. tit. 1. c. 1. §. 12.

Si que tamen circumstantiæ extraordinariæ, per se male, illic adjuvantur, speciatim explicandæ sunt, ut monet Suarez.

Dixi, *similis malitiae*: nam si media assumpta, vel actus habeant malitiam specie diversam a malitia finis, seu actus principalis, sunt plura specie peccata exprimentia.

Delectationes vero morose, tactus, & verba impudica, que subiectionem copulam, sunt peccata inter se, & a copula distincta. Ita Suarez, *Vazquez, & alii*. Quia tunc ex se inchoationes ac dispositiones actum principalem ac consummatum, neque sunt partes aut dispositiones, nec proprietates prioris actus, neque etiam ejus complementum, cum ipse actus sit consummatus, & ex se completus; neque in illo expressè intelliguntur, cum ei tantum per accidens ex malitia operantis adjuvantur.

Quod si tales actus subordinati non referantur intentionem peccantis ad eundem actum principalem, sunt multiplex peccatum. Quia tunc non uniantur, nec in estimatione præcedenti censentur una moraliter actio; & ad actum subordinatum, & actum principalem requiritur duplex, etiam moraliter, deliberatio & determinatio. Sic si Petrus primo voluisset tantum vulnerare Paulum, & postea ex ira fervescens eum occideret, sunt duo peccata speciatim explicanda. Item si Titius oscula & tactus exercens non intendat copulam, five hæc postea ob libidinem auctam sequatur, non debet numerum tactuum & osculorum consistere. Immo actus sibi subordinati, & ad eundem ordinati, sunt plura moraliter peccata, si inter illos intercedat magna mora temporis; quia tunc censentur moraliter interrupti, nec continui.

Hoc totum debet cum proportione applicari ad unitatem vel pluralitatem aliorum peccatorum.

5. Peccata multiplicentur per interruptionem moralem, que vel fit per retractionem etiam repetitionem prioris voluntatis, & postea ejusdem repetitionem. Nam post retractionem, seu voluntate contrariam, jam prior voluntas non manet formaliter vel virtualiter, nec insit in actum postea factum, ideoque ad novum actum requiritur alia deliberatio & determinatio: unde voluntas resumpta non potest censeri unius moraliter actus cum priore. Vel fit per deliberatam conversionem ad aliquid impossibile cum priore actu interno; nam hæc est retractio interpretativa, que multiplicat peccata repetita: hæc ipso enim quod adverteretur vis aliquid cum priore actu impossibile, censeri tunc non velle, quod prius volebat.

Item actus voluntatis interrupti moraliter, cum neque actu, neque virtute perseveret: quod fit non solum per retractionem, sed etiam per somnum, vel diuturnam applicationem ad aliam rem. Unde tunc ad quemlibet actum requiritur nova deliberatio & determinatio.

Nota, Cum hæc tota unitas & pluralitas sit moralis, estimari debet ex prudenti iudicio, & usu circa unitatem vel pluralitatem actionis humane, spectatis circumstantiis & qualitatibus actionum.

Quest. VII. *An est multiplex peccatum in eadem actione vel omissione, ratione plurium peccatorum, quibus hauritur ex modo eisdem virtutibus?*

Resp. 1. Ex communi sententia, est unicuique, si hæc præcepta inter se subordinata aut conexa sint, & idem numero objectum per se spectent ex eodem motivo proximo. Quia tunc hæc præcepta unicuique eandem numero obligationem imponunt, sicut eandem numero honestatem intendunt, quando eundem numero actum per se præscribunt. Ergo illorum violatio unum eandem numero malitiam ac turpitudinem inducit. Sic usura, est quadruplici jure verita, unicuique est peccatum, & violatio ejusdem voti multoties renovati, aut jejunii quatuor temporum Quadragesime.

Tamen cum violatur obligatio pluribus titulis ejusdem rationis imposita, tunc peccatum est gravius, quam si esset unicuique titulus, quia cum singuli rituli imponant obligationem, plures illam argunt, ac proinde aggravant illius violationem. Sic Religiosus Sacro ordine insignitus, gravius peccat omissione Breviarii, quam alter eo non insignitus.

Resp. 2. Probabile est multiplex esse numero peccatum in Confessione declarandum, si præcepta sine inter se disparata, hæc est, nec subordinata, nec conexa inter se, neque eandem numero actionem vel omissionem per se præscribant. Quia ibi est multiplex numero peccatum, ubi violantur plures obligationes ab invicem numero contradictoriæ & similes, nam violatio cuiuslibet obligationis distinctæ est peccatum; & proinde violatio duplicis est duplex peccatum. At ubi violantur plura præcepta disparata, neque eandem numero actionem vel omissionem per se præscribunt, ibi violantur plures obligationes ab invicem contradictoriæ: nam quodlibet ex hujusmodi præceptis imponit obligationem perfectam & completam, atque separabilem ab obligatione alterius præcepti, a qua plerumque & per se separatur, & respectu cuius se habet per accidens: ideoque plura præcepta imponunt plures obligationes contradictorias. Ergo.

Nec obstat quod interdum per unum eundemque actum impleri possint, quia hoc fit per accidens: & sicut tunc unus ille actus habet rationem duplicis observationis; ita omnino illius habet rationem duplicis transgressionis, moraliter loquendo. Sic festo S. Matthæi incidente in diem Dominicam; unica auditione Missæ duplex præceptum impleret, et omissa, duplex erit transgressio. Item vigilia ejusdem incidente in Sabbato Quatuor Temporum, sufficit semel jejunare; si autem violatur jejuniatum, duplex est peccatum. Quia tunc violatur duplex præceptum disparatum, nec per se respiciens idem numero objectum; si enim festum & vigilia incidet in alium diem, ut fere fit, efficit obligatio ad duas Missas, & duo jejunia. Et hæc videtur esse communis sensus fidelium, hæc tantum duo peccata continentium, dum ad id advertunt. Doctores autem hoc negantes opinative tantum loquuntur, & eorum argumenta probant solum primam responsionem. Saltem tale peccatum est gravius, quam si non esset talis præceptorum concursus; nam pluribus ex causis obligatus ad aliquid, si id committat, plus peccat, cum plures obligationes, vel unam graviorem violat.

Quest. VIII. *Unde sequitur gravitas peccatorum?*

No-

Nota. Gravitas peccati est quantitas seu mensura malitia, per quam peccatum est magis aut minus disconveniens naturae rationali ac legi, & offensivum Dei, ideoque majore vel minore poena dignum. Peccatum autem potest esse magis aut minus grave gravitate ejusdem speciei, aut diversae; sic furtum fere nummorum est levius homicidio, & gravius furto traham nummorum.

Resp. 1. Gravitas peccati petitur ab objecto, fine, & circumstantiis, prout disconveniunt naturae rationali & legi. Nam haec gravitas aestimanda est ex his omnibus & singulari, ex quibus absolute petitur malitia peccatorum: inde enim malitia quantitas petitur, unde ipsa malitia; & inde actus est magis malus, unde est simpliciter malus. At malitia actus sumitur ex objecto, fine, & circumstantiis, prout disconveniunt naturae rationali, & Legi divine. Ergo.

Hinc 1. Peccatum eo magis vel minus grave est, quo vel objectum, vel fine, vel circumstantia ejus magis vel minus disconvenit naturae rationali ac Legi, & quo Lex magis vel minus obligat. Sic ebrietas gravior est mendacio officioso; & furtum eo gravior est, quo quantitas ablata major est; quia magis disconvenit, & magis prohibetur.

2. Ceteris paribus, actus habens obiectum malum, & finem malum, peior est, quam si esset solum malus ex altero; cum sumat malitiam ab utroque, ideoque majorem habeat. Erit quoque peior, si simul malitiam ab utroque, ideoque majorem habeat. Erit quoque peior, si simul malitiam contrahas ex objecto, fine, & circumstantia. Item malitia, ceteris paribus, tanto gravior est, quanto actus secundum plures vel peiores circumstantias opponitur rationi & Legi; nam sicut malitia, ita & ejus incrementum petitur a circumstantiis moralibus, cum vel debite defunt, vel disconvenientes adsunt.

Hinc S. Th. 2. 2. q. 125. ar. 3. ad 3. ait: *Ceteris paribus, gravior peccat fidelis, quam infidelis, tam propter meritum veritatis ex fide, tam propter sacramenta, quibus est imbutus, quibus peccando continentiam facit.* (1)

3. Peccatum intra eandem speciem magis vel minus grave est, quo major vel minor est ejus intentio, duratio, & quo fit cum majore vel minore advertentia, libertate, conatu &c. quia tunc magis vel minus disconvenit naturae rationali ac Legi.

Resp. s. illa peccata, ceteris paribus, graviora sunt, que praestantioribus virtutibus, & actibus habentur excellentioribus directe ac per se opponuntur. Quia, ut docet S. Thom. pessimum est contrarium optimo: optimum autem in moralibus est maxima virtus, & pessimum est gravissimum peccatum. Praeterea dignitas virtutis, & gravitas peccati oppositi, petuntur ex eodem objecto, ratione cuius di-

(1) Sic etiam, loquendo de fidelibus, Sacerdotum graviora esse quam Laicorum delicta, ostendit S. Iphorus Pelus. (Epist. 225. 222. 223.) sumptio ratione ab illorum dignitate, & status magnitudine. Religiosorum vero, & Secularium comparationem proponit, & expendit (Quodlib. 14. q. 16.) Henricus Gandavensis, Doctor sollemniter Ord. Servorum D. M. V. Legatur etiam Angelicus (2. 2. q. 186. ar. 10.) itemque (2. 2. q. 73. ar. 10.) quo

recte opponuntur. Quare odium Dei est gravissimum peccatum, utpote directe oppositum praestantissimo caritatis actu.

Porro virtutes praestantiores sunt primo Theologicae, hoc ordine; caritas, spes, fides: deinde religio, poenitentia, quia Deum immediatus respiciunt: postea reliqua morales, hoc ordine; prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia: & simili ordine procedunt aliae virtutes huius annexae.

Malitia gravitas petitur etiam a modo, quo a us eidem virtuti opponuntur; nam oppositio contraria peior est privativa; sic odium Dei peius est, quam omisso amoris precepti.

Dixi 2. directe. Nam etiam minima vicia indirecte opponuntur majori virtuti, a qua prohibentur. *Per se,* seu ex natura sua. Nam que praestantiori virtuti tantum ex precepto positivo opponuntur, non sunt, ceteris paribus, per se graviora illi, quam minus nobili ex natura sua & iure naturali opponuntur; cum non sit par obligatio precepti. Sic homicidium gravior est quam laborare die festo, quamvis hoc religioni, illud iustitiae adversetur. *Ceteris paribus.* Nam malitia vel bonitas non solum definitur ex ratione generica obiecti, sed etiam ex multis aliis, ratione quorum potest esse excessus. Quare major vel minor gravitas unius peccati praeter alio definitiva est ex complexione eorum omnium, quae debent augeri vel minui potest malitia.

Quest. IX. An effectus malus vel noxius proximo ex peccato secutus, imputatur peccanti, & datur peccato novam malitiam?

Resp. Affirmat. Si ille effectus fuerit gravior, vel poterit ac debuerit provideri. Quia tunc est saltem indirecte & interpretative volitus, nempe in causa illicite ac libere posita. Quod verum est, est voluntas, antequam effectus eveniat, retractat causam: quia haec retractatio non facit ut reipsum non sit libere posita causa, neque ut effectus ex illa non sequatur. Et vero effectus ille sequitur ex peccato ut praeterito, & retractatio non facit, ut peccatum non fuerit pro praeterito voluntarium. Hinc qui alterum lethalter vulneravit, mors laesi, etiam post occisionis contritionem secuta, est imputatur quoad obligationem damni compensandi; & si fit irregularis est delictio.

Quest. X. Quos modis potest qui esse reus peccati alieni, & illud contrahere?

Resp. His (2), nimirum iussione, suasionem, cooperationem, auxilio, consensu, favore, laudatione seu adulacione, prava doctrina, exemplo, & silentio. Nam qui uno ex his modis cooperatur peccato alieno, censetur causa moralis illius, eique reus consentit, vel expresse, vel virtualiter, vel interpretative, & sic illius malitiam ac reatum contrahit. Nam digni sunt morte non solum qui ea faciunt, sed

posteriori loco generatim quaerit: Utram magnitudo peccantis aggravet peccatum.

(2) Modos istos singulatim expendere solent DD. in Tract. de Requit. agentem de iniusta damnificatione, & cooperatione ad illum. Illi enim ex Angelica (2. 2. q. 62. ar. 7.) novem recensent huiusmodi conclusio.

Iussio, consilium, consensus, palpo, reusus, Participans, mutus, non obstant, non manifestans.

sed etiam qui consentiens facientibus: ad Romanos 1.

C A P U T I I.

De Peccato mortali, & veniali.

Quest. I. Quid sunt, & quomodo differunt?

Resp. 1. Peccatum mortale est legis divinae transgressio gravis: est proinde gravis essentia Dei, privans amicitia divina, & gratia sanctificata, quae est supernaturalis vita animae, atque reddens peccatorem dignum odio Dei, ac poena aeterna. Veniale vero est Legis transgressio levis, & levis essentia Dei, quae nec privat gratia sanctificante, nec amicitia divina, nec ex se meretur poenam aeternam, sed solum temporalem: nec proinde excludit a caelesti beatitudine, sed solum retrahit eius affectionem; nec extinguit caritatem, sed solum eius fervorem impedit.

Differunt inter se, quod mortale fit Dei contemptum, saltem virtualis & interpretativus: nam peccatum mortale est proleclio, seu proleclio creaturae pro Deo, & aversio a Deo tanquam a fine ultimo, atque adhaesio creaturae tanquam fini ultimo. Nam qui mortaliter peccat, Legem Dei aliquid pro iure suo graviter praecipiens vel vetantis violat graviter, ac proinde graviter violat jus divinum, & sic gravem injuriam facit Deo: unde graviter illum offendet, & merito censetur continere auctoritatem, majestatem & amicitiam ejus. Hinc Deus de graviter peccantibus ait, *Haec 1. Ipsi speraverunt me.* Et lib. 1. Reg. cap. 1. *Qui contempserunt me, erunt ignobiles.* Item talis hoc ipso praesert creaturam amicitiae & possessionis Dei, ob aliquod bonum creaturam, faciendo id quod privat amicitiae & possessione Dei, & sic eligendo poenam sui creaturae quam Deo, quod est contemnere Deum: quae omnia non conveniunt peccato veniali, quod est solum levis transgressio, & offensa, quae non est digna privatione amicitiae Dei.

Resp. 2. Mortale & veniale, ut talia, semper differunt inter se specie morali, ideoque essentialiter. Quia illorum malitiae notabiliter inter se differunt in ratione offensa: nam mortale habet specialem ac gravem malitiam, positam in contemptu Dei & aversione a Deo tanquam a fine ultimo, atque conversione ad creaturam, quae non reperitur in veniali. Quilibet autem contemptus Dei, etiam virtualis, continet gravem deordinationem ac malitiam propter injuriam Dei majestati, graviterque disconvenit injuriam Dei majestati. Quatenus tamen circa idem obiectum versantur, possunt esse ejusdem speciei, nam malitia peccati ex obiecto ejusdem est speciei in furto gravi & levi, cum ambo eidem precepto & virtuti ex eodem motivo opponuntur, & differant solum secundum plus & minus, sicutque in eadem specie injustitiae.

(1) Quae in huius q. tit. proponuntur, proculdubio maxime veniunt inter illa, quae sunt scitu necessaria ad legitimam administrationem Sacramenti Poenitentiae: ut scilicet Confessarius, quem admodum legitur Rituale Romanum (tit. de Sacram. Poenit. §. 1.) recte iudicare queat, discernens inter lepram, & lepram, & tanquam peritus

Quaest. II. Quenam requiruntur ad peccatum mortale?

Resp. Secundum omnes, duo. 1. Ex parte obiecti aliquid grave, saltem ex fine. 2. Advertentia & consensus sufficiens ad actum simpliciter liberum & humanum, qui consensus dicitur plenus ac perfectus. Nam si alterum defuit (Vid. 95. & 128.), violatio Legis non censetur imputabilis ad gravem culpam, nec gravis offensa, nec contemptus Dei. Consensus autem plenus ac perfectus est ille, quo voluntas cum plena deliberatione obiectum ab intellectu propositum firmiter amplectitur: five est ille, qui datur ab homine vigilante, plene sui compositae, & expeditum habente rationis usum, qui advertit ad malitiam actus, seu omissionis, vel potuit ac debuit advertere. Quod si ad eam advertere non possit ex defectu cognitionis habitualis malitiae, non excusatur, si ignorantia fuit vincibilis.

Quest. III. Quodnam voluntarium sufficit ad mortale?

Nota. Peccatum esse essentialiter voluntarium. Ubiq. adeo peccatum voluntarium est malum, ut malo modo fit peccatum, si non fit voluntarium, ait S. August. lib. de vera religione, cap. 14. Quia peccatum est actio vel omisso imputabilis homini ad culpam, vituperium, & poenam. At nil potest esse imputabile homini, nisi sit et liberum, proinde esse voluntarium. Nam omne liberum est essentialiter voluntarium, licet non omne voluntarium sit liberum, ut patet in amore beatifico; quia liberum superaddit voluntario immunitatem ab omni necessitate intrinseca & physica. Voluntarium est id, quod procedit a principio intrinseco, nempe voluntate, cum intellectu cognitione, vel actuali, vel virtuali & interpretativa, hoc est, quae potuit & debuit haberi, licet defuerit.

Voluntarium dividitur 1. in perfectum, quod fit cum plena advertentia, pleneque consensu: & in imperfectum, quod fit cum semiplena advertentia, & semipleno consensu: ut in semidormitione contingit. 2. In directum, indirectum & interpretativum. Illud est directe voluntarium, quod in se ac secundum se voluitur est. Illud est indirecte voluntarium, quod non est in se ac secundum se volitum; sed censetur volitum in alio directo volito, vel tanquam cum illo conexum, vel tamquam effectus inde sequens, vel propter alias causas. Ut autem aliquid sit voluntarium indirecte & in alio, non sufficit quod sequatur ex illo, alioquin indelictas negativa esset imputabilis; sed insuper requiritur, ut cognoscatur vel cognosci possit sequi ex illo: quia aliqui non est voluntarium, ut conexum cum illo, seu ut sequens ex illo: nam quod nullatenus cognoscitur, nec cognosci potest, nullatenus est voluntarium. Illud est interpretative voluntarium, quod non est positive volitum, sed tamen secundum prudentem aestimationem censetur volitum, & merito

Medicus animarum morbos prudenter curare, & aetate cuique remedia applicare caute. Argumentum porro istud accurate evolvent Anglicos (1. 2. q. 88. ar. 1. & 2. ac de Malo q. 7. ar. 1.) nec non admodum legitur Rituale Romanum (tit. de Sacram. Poenit. §. 1.) recte iudicare queat, discernens inter lepram, & lepram, & tanquam peritus

to imputatur voluntati, eo quod non fecerit, vel non omiserit quod debebat & poterat facere vel omittere. Sepe hoc voluntarium cum indirecto confunditur.

Resp. 1. Consensus sufficientis ad mortale esse ille, qui ab homine perfecte vigilante, & plene sui compositi datur actioni vel omissioni graviter male, cuius malitiam actus cognoscit, vel cognoscere potuit ac debuit. Quia talis consensus est plenus, & sufficienter liber ac humanus, ut actus vel omisso sit imputabilis ad culpam gravem, cum ejus malitia, aut malitiae periculum potuerit ac deberit cognoscere, & vitari. Neque enim inadvertentia vincibilis ac culpabilis voluntarium plenum impedit in estimatione morali.

Resp. 2. Ad peccatum mortale non requiritur, ut malitia moralis sit directe & propter se volita, quod potius diabolicum esse quam humanum; sed sufficit ut sit indirecte vel interpretative volita, hoc est, ut voluntas velit ex quocumque motivo aliquid graviter malum, etiam si ejus malitiam secundum se aversetur, modo cognoscit, vel possit ac debet cognoscere ejus malitiam. Quia 1. disconvenit naturae rationali, & Legi divinae, velle ut acceptate ullo modo id quod malum ac illicitum est; & Lex naturalis prohibet, ne malum ullo modo velimus, & eligamus, non solum directe, sed etiam indirecte, & interpretative: malum enim naturaliter est volubile, sed malitia actus existit quocumque modo fugi. 2. Merito imputatur voluntati ad culpam & vituperium, quod malum velit non solum directe, fed etiam indirecte, vel interpretative: cum nempe non refugit nec impedit malum, quod potest & debet repugnat & impedire. Nam tunc non fugit nec aversetur malum ut debet; nam debet illud fugere & averfari summe & omni modo, cum sit summe odibile & omni modo fugendum. Igitur ad mortale culpam ex parte voluntatis sufficit voluntarium indirectum & interpretativum, ut consentiant omnes.

Obj. Ut actus sit bonus, ejus bonitas debet esse directe volita. Ergo a pari &c. *Resp.* Neg. consequentiarum est (Vid. N. 321.) quod bonitas moralis sine bonitate sit appetibilis directe & secundum se, ex quoque sic appeti: & ut actus sit bonus moraliter, debet tendere in obiectum modo decenti naturam rationalem, ac proinde debet in illud tendere sub ratione honesti & propter bonitatem. E contra malitia actus existit quocumque modo fugi, & ut actus sit malus, sufficit ut appetat id quod est malum, aut quomocumque velit id quod est malum, nam hoc ipso disconvenit naturae rationali & Legi divinae.

Quest. IV. Quenam advertentia sufficit ad peccatum mortale?

Resp. 1. Potest esse peccatum mortale imputabile, sine advertentia actuali malitiae. Quia 1. Dantur peccata imputabilia ad culpam mortalem, quae tamen sunt ex ignorantia vincibilis malitiae, & dum operans putat se recte agere, & obsequium Deo praestare, ut constat ex Joan. 16. *Veni hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo.* Et tamen persectores Apostolorum vere in hoc peccabant mortaliter. Hinc illud Pl. 18. *Delicta quis intelligit? Ab oculis meis munda me.* Et illud S. Aug. lib. de spir. & lit. cap. 36. *Attendas*

quam in multis offendimus omnes, dum putamus Deo, quem diligimus, placere, vel displicere quod facimus. 2. Multi multa agunt contra Legem, ex habituali inconsideratione & negligentia, immo ex dispositione habituali voluntatis non considerantis, an actio sit licita nec ne: sed statim se determinantis ad id quod desiderat, vel utilis est, sive sit licitum sive non. Certe hi sepe agunt sine ulla cognitione actuali malitiae, & tamen quis neget eos graviter peccare? 3. Ob responsum sequentem.

Resp. 2. ad mortale, etiam secundum se imputabile, sufficit advertentia virtualis & interpretativa malitiae, aut potius illius, consistens in eo quod quis possit ac debet advertere malitiam vel ejus periculum, nec tamen advertat. Quia 1. malitia actus secundum se et mori imputatur, qui debuit & potuit illam advertere, & vitare actum, cui annexa est. Nam si malitia factis voluntaria est, & libera, cum potuerit & deberit ab eo vitari. 2. Ut malitia secundum se imputetur, ex communi sententia sufficit consensus voluntatis interpretativus, cum scilicet voluntas potest & debet repugnat obiectum malum, & non repugnat. Ergo etiam sufficit advertentia interpretativa: Nam ad peccatum imputabile non minus requiritur consensus voluntatis, quam advertentia rationis. 3. Peccatum mortale est libera transgressio precepti graviter obligantis. Sed ad talem transgressionem sufficit advertentia virtualis interpretativa: nam talis transgressio est libera, hoc ipso quod posita est ex defectu advertentiae actualis, qui potuit & debuit haberi: hoc ipso enim talis transgressio ita posita est, ut potuerit non poni a voluntate.

4. Advertentia virtualis & interpretativa est ea, quae quidem non habetur, sed haberi potest ac debet. Sed qui legem violat, quam potuit ac debuit cognoscere, perinde se habet moraliter & in estimatione prudenti, in ordine ad imputabilitatem etiam mortalem (licet non tantam, quando advertentia non est affectata) ac si eam actu cognosceret, ac proinde non excusatur a peccato etiam mortali. Paulo alter. Advertentia interpretativa est ea, cuius privato est culpabilis, cum ipsa potuerit ac deberit haberi, ac proinde non excusatur a peccato actiones & omissiones factas contra legem: cum ipsa sit culpabilis, nec tollat voluntarium indirectum ac interpretativum sufficientis ad culpam; nec culpa possit quomquam excusare. Igitur malitia actus merito imputatur voluntati, hoc ipso quod actus malus procedit a voluntate libere & scienter, vel cum vincibilis ignorantia aut inadvertentia agente. 5. Vincibilis ignorantia seu carentia cognitionis habitualis, non excusatur a peccato. Ergo multo minus excusat inconsideratio & inadvertentia vincibilis: nam (ut ait Suarez) ignorantia non refertur ad voluntarium vel involuntarium ratione habitualis scientiae quae privat, sed proxime & immediate ratione actualis considerationis quam tollit: quia voluntas non movetur proxime & immediate ab habituali cognitione, sed ab actuali. Inadvertentia autem erit vincibilis & voluntaria, hoc ipso, quod potuit, & debuit pelli per advertentiam; sicut ignorantia habitualis est vincibilis & voluntaria hoc ipso quod potuit & debuit depelli per inquisitionem veritatis.

Nota 1. Equidem nihil est volitum quin praecipuum: & voluntarium est id, quod est a principio intrinseco cum cognitione; sed cum cognitione

vel

vel actuali, vel virtuali & interpretativa. Nam ad voluntarium indirectum & interpretativum sufficit cognitio virtualis & interpretativa. Item cum actus moralis definitur, actus, qui libere fit cum advertentia ad regulam morum, intelligi debet advertentia vel actualis, vel virtualis, & interpretativa; alioqui definitio mala est, cum non conveniat omni actu mortali; nempe peccato commisso ex ignorantia, vel inadvertentia vincibili.

Nota 2. Advertentia virtualis & interpretativa adest, cum quis potest & debet advertere ad preceptum seu obligationem, vel malitiam actus, & tamen non advertit. Potest autem advertere, quando ex aliqua cognitione praesenti ejusdem vel alterius obiecti, aut circumstantiae, prouident ac circumspiciendo, deveniunt in cognitionem malitiae, quam novit quidem haberi, sed actu non advertit. Tunc enim habet sufficientes principium discernendi & considerandi, an actus sit licitus vel illicitus. Et si hoc non cognoscit aut considerat, male consultat & imprudenter agit: unde merito illi imputatur peccatum, quod inde sequitur. Nam in omni deliberatione humana primo considerandum est, utrum res liceat nec ne: eodem enim precepto, quo tenetur vitare peccatum & servare legem, tenetur adhibere advertentiam & considerationem, cum sine ea lex observari nequeat.

Hinc in his, quae intrinsece mala sunt & contra Legem naturalem, ad virtuales advertentiam malitiae moralis habitualiter nota sufficit, ut consideretur ipsa actio secundum se, sicut quis recte advertat quid agat. Nam hoc ipso facillime excitari potest actualis cognitio malitiae, utpote habitus cum illa intrinseca connexionem, si considerate & sine precipitatione agatur, ut notat Suarez. In his vero, quae non sunt per se mala, sed vitata solo jure positivo quamvis semper sufficiat consideratio ipsarum actionum secundum se, cum non habeant intrinsecam connexionem; tamen si quis non labore ulla ignorantia facti, sola obiecti propositio simul cum cognitione habituali precepti regulariter sufficit ad excitandam cognitionem malitiae, si, quae par est, consideratio & mora, in agendo procedatur. Postum & alia principia deliberandi in talibus rebus occurrere, ut si quis non cogitans de die abstinere videat alios vici cibis quadragesimalibus; vel die festo nihil cogitans de Sacro, audiat festivum campanarum pullum, aut videat populum ad templum accurrentem. Ex his aut similibus excitari potest cogitatio precepti: quae tamen si adhibita sufficienti attentione & consideratione non habeatur, tunc inadvertentia erit naturalis & invincibilis, qualis esse solet in timoratis & ex circumspessione agentibus, in aliis autem plerumque est vincibilis & culpabilis. Quod si malitia non sit habitualiter nota, tunc actus est culpabilis, si ignorantia sit vincibilis quia haec non excusat a peccato.

Nota 3. Cum aliqui Theologi dicunt, ad peccatum mortale requiri advertentiam malitiae, vel suspicionem aut dubitationem de illa; ut id cum veritate & certitudine ipsorum ac omnium principii consentiant, debet intelligi in sensu accommodato, nempe vel de peccato directe volito, & de peccato malitia ex certa scientia commisso: vel de advertentia malitiae, sive fuerit praesenti aut procedente, sive virtuali & interpretativa, in specie, vel in genere, in se, vel in causa

Antoine Theol. Moral. T. I. P. II.

Quest. V. Quibus indicit in dubio de consensu sufficienti ad mortale, cognosci potest eum fuisse datum, vel non?

Resp. Traduntur a Doctores haec regulae. 1. Si dubitans de consensu praestito sit vir probus & timoratae conscientiae, sequae ita habitualiter ac constantiter dispositio sentiat, ut potius vellet mori quam mortaliter peccare; consensus est non deficiente sufficientem consentium, licet aliquam forte inreplebenda tentatione negligentiam admisit. At si sit homo pravus & peccatis assuetus, in dubio, consensus est consentisse. Quia in dubio prudens praesumptio a consensu ac communiter contingitibus; & habitualis dispositio sumitur; & quia prior sumitur delectans peccatum habitualiter, si illud admittit cum pleno consensu; hanc mutationem ita advertit, ut de ea nihil dubitare; posterior vero parvipendens peccatum, si non plene consentit, non dubitaret. Porro non est signum imperfecti consentii, fed tantum mutatae voluntatis, contritio, quae actum peccati statim consequitur.

2. Quando fibrosa cogitatione sine tentatione de facienda re mala, non facis, cum facile possis, si gnium est consentium in opus non fuisse perfectum, quia potentia executrix voluntati omnino obtinuerat.

3. Sola perseverantia motus interni post advertentiam non indicat sufficienter plenum consentium, sicut perseverantia motus exterioris membrorum illum arguit: quia his voluntas, non illis dispositio imperat.

4. Quando quis dubitat, vigilans an dormiens, sui compos an impos, quidpiam voluerit aut fecerit, probable indicium est non plene deliberationis; quia haec regulariter hominem de suis actibus certiorum reddit, & perfecte vigilans satis novit se vigilare, & sui compos de hoc non dubitat, nisi forte mora temporis aliquam induxerit oblivionem.

Ceterum, cum haec omnes conjecturae veritatem non ostendant, est obligatio consentiendi consentium illum dubium.

Quest. VI. An est mortale agere, vel velle aliquid graviter illicitum ob finem bonum.

Resp. Affirm. (Vid. N. 364. item N. 389. inq. 318.) Ita omnes. Quia 1. ad Rom. 3. graviter damnatur illud: *Faciamus mala, ut veniant bona.* 2. Voluntas mala est hoc ipso, quod velit id quod malum est, ex quocumque motivo illud velit. Nam actus voluntatis est malitiam habet ab eo in quod fertur, ex Olee 9. *Fasti sunt abominabiles, sicut ea quae dilexerunt.* Neque enim visus bonus malitiam obiecti sensu mediis tollit, cum ejus naturam non advertentia erit naturalis & invincibilis, qualis esse solet in timoratis & ex circumspessione agentibus, in aliis autem plerumque est vincibilis & culpabilis. Quod si malitia non sit habitualiter nota, tunc actus est culpabilis, si ignorantia sit vincibilis quia haec non excusat a peccato.

Antoine Theol. Moral. T. I. P. II.

bonum, requiritur quod omnia velle concurrant; bonum enim ex int. gra causa, malum vero ex for. gularibus defectibus, ait S. Th. 2. 2. q. 120. art. 3.

Quest. VII. Quomodo sunt peccata mortalia venialia ex genere suo? Resp. Ex S. August. Enchirid. c. 78. Quia sunt levia, quae gravia peccata, non humani, sed divinae sunt personae iudicio. Ec. c. 79. Sunt autem quaedam quae levissima putantur, nisi in Scripturis demonstraretur opinione graviora: qui enim dicentem fratri suo, Fatue, rem geberne putaret, nisi Veritas diceret.

Resp. 2. Id, sicut rota doctrinae morum, repeti debet. 1. Ex Scriptura. Quae enim ab illa dicuntur abominabilia detestanda, execranda a Deo execra. digna morte, gehenna, excludere a regno Dei, vel ob quae dicitur Vae; iudicanda sunt ex genere suo mortalia. 2. Ex traditione, quae extat in Scrip. Patrum. 3. Ex definitione & sensu Ecclesiae, quae semper est infallibilis in doctrina fidei & morum. 4. Ex ratione fide illustrata, & his principis nixa. 5. Ex unanimi Doctorem consensu.

Resp. 3. Peccatum mortale ex genere suo est illud, intra cuius obiectum seu materiam datur aliquid grave, seu graviter repugnans rectae rationi, vel fini Legis, qualia sunt peccata contra virtutes Theologicas, fidem, spem, & caritatem, contra religionem, iustitiam, & alias virtutes graviter obligantes; item quae nos graviter corruptunt. Peccata vero, quae leviter tantum adveniunt naturae rationali, vel praepo leviter obligant, & quae non laedunt graviter caritatem Dei, & eius honorem, vel proximum quoad personam, res vel iura, nec nos ipsos corruptunt; sed continent praecise aliquam levem inordinationem, ut mendacium officiosum, verbum otiosum, sunt venialia per se, & ex genere suo. S. Th. 2. 2. q. 88. art. 2. Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, cum aut iocamur, aut, ut proximus, mentimur, ait S. August. in Psalm. 5.

Resp. 4. Mortale ex genere suo est duplex: aliud ex toto genere suo, & aliud ex genere suo non toto. Peccatum mortale ex toto genere suo est illud, cuius omne obiectum seu omnis materia est per se gravis, quia nempe quaelibet eius materia gravem inordinationem continet, vel per quamlibet eius quantitatem laeditur graviter virtus, quae est finis praecipi gravis. Unde non potest esse veniale nisi ex imperfectione actus, seu ex defectu advertentiae & consensus sufficientis ad mortale. Talia sunt ea, quae sunt directae contra aliquod attributum divinum, & contemptus Dei, heresis, desperatio, blasphemia, perjurium &c. Nam haec directae repugnant Dei bonitati, veritati, misericordiae, maiestati excellentiae infinite Dei, & per ista graviter laeduntur caritas, fides, spes, religio &c. Talia item sunt, quae graviter disconveniunt naturae rationali, seu ex se gravem habent inordinationem, ut delectatio venerea extra conjugium, pollutio &c.

Mortale vero ex genere suo, sed non toto, est illud, intra cuius obiectum seu materiam datur aliquid ex se grave & leve, seu graviter & leviter inordinatum ac prohibitum, quatenus per aliquam materiam graviter, & per aliam leviter laeditur virtus, quae est finis praecipi. Nam illa materia con-

feritur gravis, per quam graviter laeditur virtus, quae est finis praecipi, & ea est leve, per quam leviter laeditur talis virtus, ut patet in furto.

Quest. VIII. An peccatum mortale ex genere suo fieri potest veniale, & vicissim?

Resp. 1. Cum ad mortale requiratur gravitas materiae, & sufficientis advertentia & consensus, sequitur, peccatum ex genere suo mortale, fieri veniale: 1. Ob levitatem materiae, ut patet in peccatis contra iustitiam, v. g. furto levi. Nam tunc leviter laeditur iustitia, quae est finis praecipi veniens furtum, & sic tunc est leve inordinatum, & transgressio ac offensa Dei. Peccata autem ex toto genere sua mortalia, non possunt fieri venialia ex parte materiae, quia in quavis eorum materia reperitur gravis difformitas, & per quamlibet eorum quantitatem graviter laeditur virtus, quae est finis praecipi. Porro materiae levitas in his, quae levitatem materiae admittunt, ex circumstantiis, & praesertim ex quantitate materiae & eius concordantia ad finem dijudicanda est. 2. Ob imperfectionem actus ex parte intellectus & voluntatis. Ita S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 6. Potest id quod est ex genere mortale, esse veniale propter imperfectionem actus, quia non perfecte pervenit ad rationem actus moralis; hoc est quia deest sufficientis advertentia & consensus ad hoc, ut actus dicitur simpliciter liber & humanus. Actus autem seu consensus voluntatis imperfectus & semiplenus, itaque insufficientis ad mortale, est ille, qui datur cum impotentia plene advertendi ob impedimentum rationis avari, qualis est in semidormiente, modo haec fit omnino involuntaria: sicut consensus dicitur plenus ac perfectus, cum datur ab homine plene sui compositae, & habente usum rationis expeditum, & valente plene advertere. Similiter advertentia imperfecta seu semiplena est ea, quae procedit ab homine non perfecte sui compositae, nec habente usum rationis expeditum, qualis est semidormiens. Sicut enim hic non habet perfectum iudicium rationis, nec plene advertere potest id quod agit; ita interdum fit, ut quis ob subitam & vehementem passionem, aut distractionem ad res alias, non advertat, nec advertere possit ad actum suum, quantum requiritur ad mortale. Unde delectatio obiecto malo, quae ceteroquin esset mortalis, potest defectu sufficientis advertentiae esse solum venialis. Advertentia vero perfecta & plena est ea, quae procedit ab homine sui compositae, & habente usum rationis expeditum.

Hinc triplex distinguitur motus, nempe primus, qui subito ante omnem mentis advertentiam insurgit, nec ulla tenet ad voluntate; & hic non est culpa secundum se: secundo, primus, qui est cum aliqua, sed imperfecta advertentia, sufficientem quidem ad culpam venialem, non autem ad mortalem, qualis est in semidormiente: & motus plene ac perfecte deliberatus, qualis est in vigilante, & plene sui compositae; & hic est mortalis, si fit graviter inordinatus, & voluntarius.

Imperfectio tamen actus nunquam impedit, quominus ea, quae sunt ex obiecto venialia, revera sint venialia, ut docet Suarez. Quia ad culpam venialem sufficit quodcumque voluntarium & liberum, sicut & quantumcumque inordinatum; fecus vero ad mortale: nam homo non potest ex quocumque actione & quantumvis imperfecta committere res perpetuas

odii

odii Dei, & damnationis aeternae; hoc enim reputat bonitati, sapientiae, ac convenienti gubernationi divinae.

Resp. 2. Actus ex genere suo, seu obiecto venialis vel indifferens, fit mortalis per accidens, seu per aliquod et adiectum.

1. Ex errore conscientiae, quo quis putat id quod agit, esse mortale, licet res ipsa non sit. Nam tunc consistit in mortale apprehensum. (1)

2. Ratione effectus graviter inordinati in rem aliquam leviter malam vel indifferenter, continuando in ea finem ultimum: ut si ex affectu ad illam paratus sis illam velle, etiam si mortalis esset; vel peccare mortaliter potius quam ab ea abstinere; vel illam comparare per medium graviter illicitum. Nam tunc eam praesens divinae auctoritatis, & violenter graviter maximum praecceptum diligendi Deum super omnia.

3. Ratione finis mortaliter mali, ad quem ordinatur, ut adulatio seu laudatio ex se venialis ordinata ad subornandam virginem. Nam talis actus consistit ad rem mortaliter malam; & medium malitiam finis contrahit.

4. Ratione finis damni vel scandali, quod ex re levi fecuturam praevideatur, vel praevideri potest, ac debet, ut si ex furto rei levis praevideas alterum

blasphematurum. Nam ob talem effectum actus graviter adverteatur caritati: & causa participat malitiam sui effectus. (2)

5. Ratione periculi incidendi in mortale, in quod quis experientia dicitur ex actione de se leviter mala vel indifferente incurere, puta si apectus mulieris, vel colloquium inducat ad actum turpem, vel consensum in delectationem veneream; si ludus de se licitus sit occasio proxima peccandi, blasphemandi &c. Nam mortale est, exponere se mortali periculo peccandi mortaliter; is quippe Dei amicitiam, & animae salutem contemnit; qui ejus perdoneo periculum probabile non vitat, cum potest; & solum praecceptum, quo tenetur vitare peccatum, tenetur etiam ejus probabile periculum vitare.

6. Propter contemptum formalem praecipi, vel regulae, vel superioris, quae superior est, ut si quis violat praecceptum in re levi, quia praecceptum est, sine quo renitit subici praeccepto, vel superiori. Talis enim inobedientia inducit contemptum potestatis a Deo derivatae, & superioris ut minister Dei est, ejusque vices gerit; qui contemptus recidat in Deum, juxta illud, Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit.

Item omnino consilii evangetice ex contemptu, quasi Deus inutilis & vana confunderet, mortalis est. Nam

(1) Sic ex. ca. Sacerdos existimans peccatum esse grave, deficiente iusta causa, Missam velemel celebrare privatam, non recitatio prius Matutino Officio, mortaliter peccabit ratione conscientiae erroneae, se celebres bandi per seculum ejusmodi pensio. Nam ex Bened. XIV. (N. 76.) non adeo revera gravis illa obligatio. En ejus verba, (lib. 3. de Sacram. Miss. c. 3. n. 4.) Si sermo sit de Missa Conventuali, videtur peccatum esse mortale eam ante Matutinum & Laudes celebrare: id enim est contra generalem Ecclesiae consuetudinem. In Missa vero privata, si qua fit legitima causa, puta si Princeps aut Praelatus Missam expetere, videri potest a peccato etiam veniali immunes, qui eam celebrarent; non recitatio Matutino, & Laudibus. Si vero ab alia causa, perdifficile videtur ne venialis quidem peccato non esse locum, ut observat Meratus ad Gavantum tom. 1. par. 2. Quod si quis, nulla causa urgente, perpetuo id faceret, ut videretur quasi stultus fe animo nunquam celebrare, dicto Matutino & Laudibus, tunc... concludi potest, hujusmodi Sacerdotem peccare mortaliter.

(2) Nominis damni, & scandali duplex indicatur nocumentum Proximo adveniunt, scilicet temporale, & spirituale. Ratione gravis damni temporalis peccant mortaliter faciendo, quae ex suo genere non consentur graviter illicita, ex. ca. quotquot in domibus, villis, mensis, pinacothecis talem apparatus, ac luxum servant, ut subinde nequeant debita extinguere, mercedem rependere, legata solvere, elemosinas erogare, & similia officia, seu iustitia, seu caritatis lege praescripta; adimplere, quibus deservit pauperes, operarii, artifices clamant pra. angustia ad Deum quotidie. Legatur S. Ildoridus Pelus. (Epist. 210. 306. 328.) acriter perstringens intemperantes illos, qui pauperum plagas adaugent, & certamen movent eis, qui cum incommensurabili & inextinguibili paupertatis fera luctantur.

Ratione vero spiritualis damni, seu scandali, graviter delinquunt, ex. ca. juxta S. Ild. Missal. (lib. 3. de Sum. Bon. cap. 38.) Sacerdotes & Clerici prave viventes, dum forma certum in malum exiunt, qui in bonis exemplum esse debuerunt: quique propterea, quocumque exemplo male conversationis suae perdunt, de illis rationem sine dubio redditur. Et ipsi posteriores, qui sine doctrinis, seu exemplis, vitam moreque honorum corruptunt, deteriores sunt his, qui substantias aliorum, praedicaeque diripiunt. Hi enim ea, quae extra nos sunt, sed tamen nostra, auferunt; corruptores vero morum proprio nos ipsos diripiunt; quoniam divitiae iustorum mores eorum funt. Porro in materia ista potissime cavendum ab ea specie scandali, quae dicitur activum illicitum, & quae nihilominus iuxta Angelicum (1. 2. q. 43. ar. 1.) per se, & non per accidens, impune nunquam solet in mundo grassari, cum a multis vel ignorantur, vel negliguntur. Huius rei duplex videtur esse causa: prima, quia dicta & facta sua considerant ipsi, non secundum adjacentes circumstantias, ob quas praesertim spiritualis perniciem Proximo nascitur; sed tantummodo in se, & secundum genus proprium, quo patto spectata apparat aut leviter mala, aut etiam profus innoxia; altera, quia sibi sibi intus consoci, se dictis factisque suis non ruinam proximorum ulla tenet appetere, sed propriam dumtaxat oblationem, aut utilitatem. Verum neutrum excusationem istam suffragari, nullo negotio ostenditur. Nam quantum ad priorem, Seraphicus expendens Apollolicum praecceptum (1. ad Thessal. c. 5.) ab omni specie mala abstinere vos, haec apposite scribit (Opus. de Pauper. Christ. in resp. ad 18.) Dicendum, quod illa species est mala, dum homo rationaliter potest percipere malum, circumstantiis omnibus pensatis, quae occurrunt. Angelicus item (Lect. 2. in eum loc.) ait: Dicit Apollolus, spe-

Nam est gravior iniuriosa Deo, & Deus ipse consiliis auctor continentur. (1)

Quærit. IX. An multa venialia possunt facere unum mortale.

Resp. 1. Peccata venialia quantumvis multiplicata, non possunt per se efficere unum mortale, nisi eorum materiam vel effectum uniantur. Et communis sententia. Quia 1. ex Conc. Trid. sess. 24. c. 5. per venialia a Dei gratia non excludimur. 2. Peccatum mortale, cum sit contemptus Dei & averſio a sine ultimo, habet malitiam ordinis superioris, immo infinitam, quam proinde æquare nequeunt quævis venialia. 3. Sola multiplicatio non constituit peccatum in alia specie superiore a veniali. Item quantumcumque multiplicentur venialia, singula sunt, & manent in specie inferiore, habentque differentiam essentialiam aliam, quam species superior. Ergo multiplicatio venialium non potest attingere speciem peccati mortalis, quæ est superior. Ex Patrum vero testibus sequitur tantum multa venialia disponere ad mortale, non vero illud constitutere.

Qui tamen proponeret omnia venialia occurrentia committere, vel ad hoc paratus esset, velletque sola mortalia vitare, secundum Sanchez & Bonaciam mortalia peccarent, etiam contemptus formalis deesse. Quia illius propositi objectum continet apertissimum peccandi mortaliter periculum, quod

talis vult subire, cum ex SS. Patribus & Doctoribus multa venialia deliberato & ex proposito commissa, certo disponant ad mortale, & in praxi patet: quia culpa mortalis advertebatur peccato caritatis.

Resp. 2. Si plurimum venialium materiam, vel effectus mortaliter uniantur, & unum obiectum grave constituant contra unum præceptum, tunc mortale est peccatum, cujus materia, licet secundum se parva, tamen ob moralem conjunctionem cum obiectis priorum, notabilis censetur, & effectum gravem malum producit. Et communis sententia. Quia tunc per hoc ultimum peccatum, ponitur complementum gravis materiam, vel effectus gravior prohibiti; & illud ponens censetur velle aliquid graviter inordinatum ac prohibitum. Sic qui uno die festo pluries laborat per quadrantes diversis horis, peccat mortaliter ultimo quadrante labore, quo completur tempus notabile: quia illi omnes labores breves mortaliter uniantur, & tunc verum est dicere talem laborasse illo die festo tempore notabili; verbi gratia, duas aut tres horas. Sic ebrietas per ultimum scyphum completur. Item qui intemperanter cibum sumit, & ultima commensio agnovit velutendum graviter ledendam, peccat tunc mortaliter, nam iam vult obiectum graviter dissonantem naturæ rationali ac legi, & sibi notabile damnum.

Si vero plurimum venialium materiam parvæ & effectus

venialis: quia etiam que habent similitudinem malitie vitare debent, que scilicet non possunt servare eorum hominibus absque scandalorum, Quoad posteriorem vero item Angelicus (art. præter hæc habet. Distinguit, vel factum alterius notum esse simpliciter alteri causa peccandi: per se, & per accidens. Per se, quando aliquis suo malo verbo vel facto intendit alium ad peccandum inducere; vel etiam ipsi hoc non intendat, & ipsum factum est tale, quod de sui ratione habet, quod sit inditium ad peccandum; puta cum aliquis publice facit peccatum, vel quod habet similitudinem peccati. Et tunc ille, qui huiusmodi actum facit, proprie dicitur occasione ruitæ: unde dicitur scandalum actum. Per accidens autem aliquod verbum, vel factum unius est alteri causa peccandi, quando & præter intentionem operantis, & præter conditionem operis, aliquis male dispositus ex huiusmodi opere inducitur ad peccandum; puta cum aliquis invidet bonis aliorum. Et tunc ille, qui facit huiusmodi actum rectum, non dat occasionem, quantum in se est: sed alius sumit occasionem; & ideo hoc est scandalum passivum sine activo. Scandalum igitur actum vel per se, quantumvis indirectum, nec est confidendum cum scandalum passivo per accidens, nec præterpendendum. Huiusmodi autem scandali exemplum habet apud Seraphicum, qui (Opusc. de Purificacione. cap. 24.) postquam ob oculos posuit periculum familiaritatis Dominarum, impendens etiam personis, quas spirituales videbant, ita cum D. Bernardus concludit: Quoniam conventus vis cum muliere, & continens pariter. Esto quod vis, maculam tamen suspitionis portas. Scandalum nubi res, tollit materiam, & causam scandali, quia ve homini illi per quem scandalum venit. Legendus de hac materia Bened. XII. (bis. Eccl. 82.) differens de Paro. bonum cum mulieribus contubernio. Que cum

ita sint, prudens quisque semper impressum animo tenet D. Isidori Pelus. montium saluberrimum (in Epist. 306.) Nil nisi non age, & lecceris res tuas oculis circumspice, ne qua a parte tua proximi peccet, damnatione obvencat, omnem scandali radicem excindendo.

(1) Magni momenti est genuina, & accurata notitia huius postrema letissima circumstantia, que legis contemptus dicitur. Tria præterea, que ad talem finem conducunt, hic breviter indagabimus: nimirum, 1. Quid & quotuplex ille sit. 2. Que, & quantumvis malitia. 3. Quandoquæ adesse, aut abesse præsumatur. Quoad primum articulum, universum duplicem contemptum oportet statim distinguere, puta materialem & formalem. Materialis est, quando quispian negligit, vel quæ alio postponit, nemesi non hoc præbe animo gerat, qui id facit. Formalis est, ubi hac ipsa intentione directa quispian prætermittit. Prioris generis contemptus de quo plerumque censendi sunt differre Alerici Magistris, & Concionatoris Sacri) relate ad leges seu Divinas, seu humanas, & adeoque relate ad ipsum Deum, a quo sunt omnis legislatura potestas, continetur in quibus gravi casum transgressione. Nam ex Seraphico (Brevi. par. 2. cap. 2.) generaliter loquendo peccatum mortale est actualis a primo principio recessus, qui non potest esse nisi per contemptum ipsius principii, vel in se ipso, vel in suo præcepto. Ita ex. ca. iuxta eundem Doctorem (Opusc. de trib. terr. peccat. cap. 4.) si luxurioso proponatur ex una parte adulterium, prout est delictabile, & ex alia parte Deus prohibens: contemnit ille Deo prohibitionem, & se a iustitiam delectationi immergit, & deviat a sine. Hoc ipso communi sensu, quo intelligimus quævis peccata involvere aliquem Dei, legumque contemptum iuxta in Scripturis, & Patribus sermone dicuntur

factus non uniantur, nec in grave obiectum coalescant; tunc omnia & singula peccata sunt venialia, nec efficiunt mortale: quia tunc materia illa non constituit unum obiectum grave, nec materiam sufficientem ad mortale, Sic qui pluribus festis per unum quadrante laborat, non peccat mortaliter, sed solum quadrante & contemptu; quia tunc sicut festi sunt diversa, neque efficiunt unum mortaliter; ita & labores sunt diversi, nec unum iuxta se constituunt. Item qui in Quadragesima quotidie bolum panis ex-

tra tempora comedit, non peccat mortaliter, quia comestio una die facta non continuatur, nec coniungitur mortaliter cum comestione alterius diei; cum obligatio abstinenti affixa sit singulari diebus, & transeat cum illis. Unde propositum comedendi singulari diebus Quadragesimæ bolum panis extra tempora, est per se loquendo solum veniale, quia non fertur in illas omnes comestiones longe coniunctum sumptas, sed in omnes separatas & singulis diebus vitandas, que cum solum sunt vitæ sub veniali, propositum non

itur eadem feri ex superbia, inobedientia, ingratitude; quantumvis præter malitiam, quam singula fontitur ex propriis obiectis, non participant specialiter horum trium vitiorum deformitatem. Posteriori vero generis contemptus ille est, quem solummodo attendunt Morale TT. sique relate ad leges potest describi cum Angelico (2. 2. q. 186. ar. 9.) tunc committit aliquis, vel transgreditur ex contemptu, quando voluntas eius renuit subijci ordinationi legis, vel regule: & ex hoc procedit ad faciebam contra legem, vel regulam. Contemptus huiusmodi dicitur a laudato Doctore (q. 162. ar. 2.) proprius affectus, & actus superbie, quatenus ipsa est speciale peccatum; atque ex tali contemptu Dei, eiusque mandatorum ex. gr. Pharaon olim Hebræos opprimebat, ac postea Iulianus Apostata Christianos persequebatur. Hinc autem duo intelligimus. 1. Contemptum istum non reperiri per quamdam generalitatem in quolibet peccato, sicut de prioribus dicitur. Siquidem ex eodem Angelico quantumvis omnia præcepta legis possit quis transgredi quæcumque peccato ex contemptu, qui pertinet ad superbiam, non tamen semper ex contemptu aliquis præcepta Divina transgreditur: sed quandoque ex ignorantia, quandoque ex infirmitate. Inde etiam, quod Augustinus dicit: multa peccata fiunt, que non sunt superbie. Quare, quamvis aliqui leges transgrediendo non moveant simpliciter ex eo quod possit veniat esse illis subijcere; & illas vel illarum auctorem parvipendat; non censetur peccare ex contemptu, ut bene notat Navar. (Manual. cap. 23. n. 42.) quantumvis ex ira, auidacia, voluntate, industria, malitia, aliæque passione peccet. 2. Peccata illa, que ex tali contemptu vere procedunt ad minus duplicem morali specie diversam deformitatem præferre, necessario aperiendam in Sacramentali iudicio. Sic in allate exemplo Pharaonis & Iuliani, eorum facinus gemina diversa labes & iniustitie, & superbie inscribatur, ut illa etiam omittam. Formalis porro contemptus potest esse aut explicitus, ut si quis ruptis legum vinculis ex preste dicat, non serviam (Ter. v. 2.) aut implicitus, ut si quis ob assiduitatem delinquendi eo devenierit, ut præter præsumi posse, ipsum animo suo saltem ita statuisse.

Quoad secundum Articulum, nemini dubium, quin idem formalis contemptus, utroque modo spectatus, ex suo genere sit mortale crimen, quandoquidem facere aliquid contra præceptum est contemptu ipsius præcepti ac Legislatoris præcipiens, inobedientia est directe contraria dilectioni Dei, & Proximi, uti Angelicus (2. 2. q. 105. ar. 1.) docet. Ideo sententiam indifferenter de quolibet contemptu tum legum Divinarum, humanarumque

quia ex Apologo (Rom. c. 2.) non est potestas nisi a Deo; tum consilium etiam Evangelicorum, quia valde iniuriosum Christo non subijci eius consiliis ut consiliis, eaque eum vana, aut noxia aspernari. Potest tamen quandoque peccatum hoc consistere intra sphaeram venialis culpe, ob imperfectionem actus, qui scilicet non perfecte pergit ad rationem actus morali, cum non sit deliberatus, sed solum ut Angelicus (1. 2. q. 88. ar. 4.) loquitur. Quæstio solum moveri potest, num sit peccatum mortale ex genere suo toto, ita scilicet ut nunquam eodas veniale ob parvitatem materiam. Nonnulli cum Cæliano (Summi. voce, contemptus, & inobedientia) sustinent esse peccatum veniale, non tantum ex imperfectione actus nec satis deliberati, sed etiam ex imperfectione materiam, quando est contemptus præcepti in re exigua, & secundum quid, non absolute: hoc est, quando non absolute continentur Legislator, sed solum una aliqua eius lex particularis idque præcepta, quæ exigit momenti est res, quam per talem legem subit. Ad restus alii sententiam, omnem deliberatum contemptum legis in quacumque materia, seu gravi seu levi, præferre mortalem inordinationem, quia deliberate contemneri præceptum una præceptum, quæ sufficere Legislatoris, est semper proprius actus superbie peccatum sumpta (iuxta Angelicum in super. articulatam) adeoque lethalis, quo præceptum fit de re modica. Et hæc quidem sententia tum Scripturæ, tum Patribus apprimè consonare videtur.

Quoad tertium Articulum, ubi formalis contemptus est explicitus, iam opus non est consilium indicere ad illum cognoscendum: talis erat ex. gr. in utroque Tyranno superior nominato, itemque in Iudeis illis, qui Machabeorum tempore repudiatis patris legibus ad Gentes transibant. Loquendo autem de contemptu implicito, arbitror, hunc non nisi ex peculiaribus circumstantiis persone, loci, temporis, & similibus colligendum esse maturo, ac prudenti iudicio. Inter indicia præcipue posterioris contemptus solum a Moralibus præcipue recentiori diuturnitas, & frequentia transgrediendo aliquam legem. Sed ne hic quæpiam errare contingat, audiendus inter alios Angelicus Magister, qui primo docet (2. 2. q. 186. ar. 9.) Religiosum, quando propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam vel iram, Inducitur ad aliquid faciendum contra statuta legis; vel regule, non peccare ex contemptu, etiam si frequenter ex eadem causa, vel alia simile peccatum iteretur. Et rationem assignat (2. 2. q. 88. ar. 5.) Quia diuturnitas, & assiduitas non est circumstantia trahens aliquam in aliam speciem, nisi forte per accidens ex aliquo supervenienti: Non enim aliquid acquirat novam speciem ex hoc quod mul-

non est de mortali. Idem dic de eo, qui plures inducit ad parum comendandum uno die ieiunii, quia actio unius non unitur, nec facit unum moraliter obiectum veritum cum actione alterius. Unde indistinctio non est ad aliquid grave. (1)

Quest. X. An & quomodo multa venialia disponunt ad mortale?

Resp. 1. Multa venialia, si negligantur & continentur, sensim disponunt hominem ad mortale. Confl. 1. ex Eccl. 19. Qui spernit modica, paulatim decidet. Et Luc. 10. Qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est. 2. Ex consensu Theologorum, & ex Patribus docentibus venialia diligenter cavenda esse, ne labamur in mortalia. 3. Ex praxi & experientia.

Resp. 2. Multa venialia disponunt ad mortale: 1. Indirecte seu negative removendo id quod mortalia impediunt. Nam & in peccate minuunt fervorem caritatis, & timorem Dei, ac horrorem peccati; & ex parte Dei impellunt providentiam illam specialem, qua tentationes ac pericula removebat, & liberalitatem, qua uberes & potentiores gratias largiebatur.

2. Positive: tum quia cum mortale & veniale in hoc conveniant, quod fuit infractio Legis & ordinis; multitudo leviorum infractionum, maxime si

multiplicatur, vel protelatur; nisi forte in actu protelato, vel multiplicato superveniat aliquid, quod variet speciem; puta inobedientia, vel contemptus, vel aliquid huiusmodi. Postea vero monet (priori loc. cit.) frequentia tamen peccati dispositiva inducit ad contemptum, secundum illud Prov. 18. Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit; quod quidem passim etiam tradunt Ecclesiae Patres. Totum hoc sic complectitur Navar. seu doctrina (Manual. c. 23. n. 42.) Ad transgressionem legis ex contemptu non satis est consuetudo peccandi; quia quamvis consuetudo multum faciat ad presumentium predictum contemptum in foro exteriori, nihil tamen facit quoad interius, ubi sola veritas consideratur. Sic etiam illa Glossa celebris in c. Mtrosp. 2. q. 7. que dicit, eum, qui sine iusta causa transgreditur, videri contemnere, intelligenda est in foro exteriori, non interiori. Verum tamen est, consuetudinem transgredienti aliquam legem multum incitare ad contemendum illam, ideoque ad ea cavendum est. Ad normam harrum doctrinarum existerendum tritum illud argumentum, quo Morales DD. solent ex frequentia delinquendi arguere interpretativum legum contemptum, adeoque gravem culpam, in Sacerdotibus passim Missalis rubricas transgredientibus, in Religiosis proprii Ordinis statuta violantibus, in Beneficiariis a choro absentibus, & similibus alii. Quod si morosus quisquam a me posulet, quandotum precise ex assiduitate peccandi presumat oriri formalis iste contemptus, is prius dignabitur mihi edicere, quot precise calices genero vini exaurire oporteat ad contrahendum solemne crapulam. Sicuri jam promouit, in huiusmodi rebus prudens iudicium pendet a serie particularium circumstantiarum: tactico frustra exquiritur generalis regula. Illud potius ad complementum presentis disquisitionis e re erit observare, quod Angelicus (2. 2. q. 186. ar. 10. in

deliberate & ex gravi negligentia fiant, hominem disponit ad violandum Legem & ordinem in gravioribus: tum quia libido peccandi, & affectus erga rem venialiter malam, potest ferius violare ita crescere, ut in ea re constituantur hinc ultimus, & ex affectu erga illam homo fit paratus violare preceptum gravius, vel illius violandi, periculo se exponat. Venialia autem ejusdem speciei, magis adhuc per se ac directe disponunt ad mortale; cum circa idem obiectum specificis sumptum versentur, & pariant similem habitum. Sic levioribus furtis, contumeliis, detractionibus via sternerit ad graviores injurias, & comparatur consuetudo furandi, ad detrahendi, quia magis adhuc in gravi objecta, utpote magis ad se alienantia, inducit quam in levia.

CAPUT III.

De Peccatis commissionis, & omissionis.

Quest. I. Quid sunt, & an differunt inter se talia peccata?

Resp. 1. Peccatum commissionis est actus positivus factus contra Legem cum prohibentem, sive est violatio precepti negativi. Peccatum omissionis est

omissio. Iusti non de facili peccant ex contemptu; sed quandoque labuntur in aliquod peccatum ex ignorantia, vel infirmitate, a quo de facili relevantur. Si autem perveniant ad hoc, quod ex contemptu peccent, efficiuntur pessimi, & maxime incorrigibiles. Unde Augustinus dicit: ex quo Deo servire cepti, quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in Monasteriis profecerunt, ita non sum expertus peiores, quam qui in Monasteriis ceciderunt. Unusquisque igitur in sortem Domini vocatus salutem suam operetur cum timore, & tremore, quoniam iudicia Dei absque mita.

(1) Isteus q. 9. doctrinam iustitiam doctrinae seq. 10. reperies erudite expositam, & confirmatam a Bened. XIV. (de Beatif. Serv. Dei lib. 3. can. 39. n. 8.) & multo ante traditam a Seraphico & Angelico, quorum prior sic ait (in 2. sent. dist. 29. par. 2. dub. 2.) Plura venialia non determinant, nec faciunt mortale, quantum est de se, sed solum dispositivae, ex frequentii enim iteratione venialium intervenit contemptus: Et quia (pergit in 2. sent. dist. 16. par. 2. ar. 3. q. 1.) iteratio actus disponit ad libellinam, & contemptum, non dispositione necessitatis, sed pronitatis; ideo Augustinus comparat ea bellis minutis, guttis arene, scabiei: non quia ipsa in se faciant naufragium, sed quia ad hoc perducunt per accidens. Posterior vero id ipsum (1. 2. q. 88. ar. 3. & 4.) statuit. Robertus Holkot (Lect. 36. in lib. Sapient.) hanc addit similitudinem aptissimam. Ex modicis peccatis dolum sunt magni circuli, quibus afferes doli colligantur, & illi magni in suis extremitatibus colligantur: cum parvis vinitibus: solutus ergo parvis solvuntur magni, & solutus magnus totum decidit. Sic moraliter est, qui spernit modica, ac paulatim decidit. Ex iii. lumen roburque etiam accedat tui, quae in fine Nota superioris dicta sunt.

omissio actus precepti, sive violatio precepti affirmativi.

Resp. 2. Haec peccata, etiam cum eodem virtuti aut precepto ex eodem motivo adveniantur, sic moraliter inter se differunt, saltem secundum gravitatem, ut in Confessione singillatim explicanda sunt. Nam peccatum commissionis, ceteris paribus, est notabiliter maiorem disconvenientiam ac oppositionem cum natura rationali, & Legge divina: magis enim, ceteris paribus, inordinatum est ac disconveniens natura rationali ac Legi aeternae, facere quod non debes, quam non facere quod debes; & illud opponitur precepto, Declina a malo: hoc autem, precepto, Fac bonum. Sic odium Dei est longe gravius culpa, quam ommissio actus amoris Dei precepti, licet utrumque eidem precepto caritatis opponatur; & qui utriusque reus esset, non satisfaceret precepto confitendi dicendo se bis peccasse mortaliter contra debitam caritatem Dei. Item longe peius est patrem contumelia afficere, quam praecise ei honorem debitum non deserre.

Immo sunt qui docent, aliqua peccata commissionis & omissionis inter se differre secundum gravitatem specificam, ut illa allata, quia consent eam habere inter se disconvenientiam & oppositionem cum natura rationali & Legge divina notabiliter diversam; nam quamvis eidem virtuti ac precepto ex eodem motivo adveniantur, tamen ei modo notabiliter diverso opponuntur.

Quest. II. Unde estimanda est species & gravitas omissionis culpabilis?

Resp. Ex specie & bonitate actus precepti. Nam privatio eo peior est, quo forma ei opposita melior est. Ergo ommissio actus precepti eo peior est, quo actus preceptus melior est. Sic ommissio orationis longioris precepta, est culpa gravius omissione orationis brevioris etiam precepta.

Quest. III. An actus cum omissione culpabilis consentiat, est peccatum?

Resp. 1. Omnis actus, quatenus est causa, finis vel occasio proxima omissionis male, contrahit malitiam omissionis, ut si omittas Sacrum ut studes, vel dormias; quia prohibent eodem precepto, quo praecipitur actus omittis. Nam preceptum, utpote de se efficax, hoc ipso quod praecipit actum aliquem, simul prohibet omnem actum, vi cuius sequitur ommissio actus precepti. Sicut enim preceptum obligat ad servanda omnia, quae necessaria sunt ad eius observationem; & sic ad vitanda omnia, quae eandem observationem impediunt. Item in illo actu continetur virtualis saltem voluntas omittendi. Ergo habet idem obiectum cum omissione, & proinde eandem malitiam; & repugnantiam eidem precepto. Idem est si actus affirmatur ut melius omissionis: nam media contrahunt malitiam finis. Hinc si actus sit aliunde malus, habet duplicem malitiam; ut si quis omittat Sacrum, quia tempore Sacri furatur. Si vero non sit aliunde malus, habet unam & eandem malitiam cum omissione culpabilis, etiam solum habet malitiam ab illa omissione, & eidem precepto advenit. Doet tamen Suarez, quod si quis advertit se hoc tempore omittere, & ex nimio affectu ad illud opus de se licitum, velit nihilominus illud exercere, & sic omittit: tunc actus ille habet malitiam specie distinctam: quia vere est

contra rectitudinem propriae virtutis, & quia constituitur ultimus finis in illo opere.

Resp. 2. Quando actus, qui fit tempore omissionis, non est causa, nec finis, nec medium, nec occasio omissionis, sed tantum affirmatur consequenter ad voluntatem efficacem omittendi ob alium finem, iuxta multos non contrahit malitiam omissionis, nec proinde est peccatum; si aliunde non sit malus: ut si quis postquam decrevit omittit se Sacrum ad aliquod leve incommodum vitandum, over domi, vel fuderat tempore Sacri, ut otium videret. Quia Lex praecipiens aliquid, non vetat actum alium, nisi sit causa, vel medium, vel occasio omissionis actus precepti; & supposita voluntate omittendi actum preceptum, alius actus materialiter & per accidens se habet ad omissionem, & nullo modo in eam influit.

Quest. IV. Quandoam admittitur peccatum omissionis.

Resp. 1. Peccatum omissionis exterius admittitur eo solo tempore, quo iuret preceptum faciendi Actum. Quia hoc peccatum consistit in omissione actus debiti ex precepto: Actus autem non est debitus, nisi eo tempore, quo servandum est preceptum. Interdum vero committitur, dum quis expresse aut virtualiter, indirecte vel interpretative, vult omittit actum preceptum; nam tunc ponitur voluntas violandi preceptum.

Resp. 2. Qui ponit causam, ex qua praevidet probabiliter secutura omissionem, tunc peccat (Vid. N. 144.), & contrahit malitiam omissionis: quia qui ponit causam omissionis, vult indirecte, vel saltem interpretative ipsam omissionem: qui enim vult causam, censetur velle effectum, qui ex illa sequitur. Praeterea eodem precepto, quo vetatur ommissio, prohibetur etiam positio libera causae illius. Hinc qui de festo mane se tempore tradit, praevidens se somno sepultum iri tempore ultimi Sacri, tunc peccat contra religionem, etiam si per accidens exciteret & posset Sacrum audire. Nam tunc habuit voluntatem, saltem interpretativam ac virtutalem, omittendi Sacrum, quamvis posset eam mutaverit.

Idem dic de eo, qui scienter, aut nominis cum ignorantia vel inadvertentia culpabilis, exponit se morali periculo omittendi. Nam tunc contrahit totam malitiam omissionis; licet posset omnino non sequatur, quia sic exponendo se morali periculo omittendi, saltem interpretative vult omissionem. Quod si is, qui posuit causam omissionis, vel expoluit se morali periculo omittendi, posset postea preceptum, dum iuret, implere, desistendo ab opere incommodum, non implens preceptum, de novo peccat peccato omissionis; & tunc ommissio eius est in se libera eo modo, quo actus exterius liber esse potest: quia tunc de novo vult saltem indirecte ipsam omissionem actualem. Porro non contrahit (Vid. N. 145.) censuram, nisi eo tempore, quo actus ex precepto faciendus est: nam tunc solum ponitur ommissio externa, cui annexa est.

Resp. 3. Probabile est, eum, qui posuit omissionis causam, quia factus est impotens ad implendum preceptum, peccare non solum quando posuit illam causam, sed etiam dum reipsa actum preceptum omittit, si non retractet ejus causam culpabilem, cum potest. Sic Sacerdos, qui Breviarium in bare li-